

*Propst, Dekan und Domkapitel der Brixner Kirche an NvK. Sie beschweren sich über die unbewiesenen Abschuldigungen des Konrad Bossinger gegen den Dombherrn Wolfgang Neundlinger und andere Domherren, die insgeheim zugunsten H[er]z. Sigismunds agieren würden, und fordern die Absetzung Bossingers als Kommissar des NvK. Sie zeigen sich erfreut über die durch Simon von Wehlen und Stefan Stainhorn in Aussicht gestellte Schlichtung zwischen NvK und H[er]z. Sigismund.*

*Kopie (ca. 1460): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 105<sup>r</sup>-106<sup>r</sup>.*

*Regest: Jäger, Regesten I 318 Nr. 238.*

*Erw.: Jäger, Streit I 348-350; Baum, Sigismund der Münzreiche 186.*

Rev<sup>me</sup> pater, domine gracie. Obedientiam etc. De factis Bossinger<sup>1)</sup> satis admirati sumus, qui scripsit in materia processionis faciente pro pace confratrem nostrum d. Wolfgangum N.<sup>2)</sup> publice in capitulo dixisse, quod non facerent d. duci complacienciam et sciret, quod esset contra eum, quia iusta sunt. Salva dignitate vestra mendacia estimamus eum multa alia scripsisse, per que p<sup>ras</sup> v. rev<sup>ma</sup> multipliciter est decepta. Habemus eciam scripta sua, ubi dicit quosdam dixisse, quod hic Brixine fabricentur 5 propositiones per aliquos dominos de capitulo in wlgari et latino pro d. duce et predicata, quomodo debeat d. dux dominacionem vestram rev<sup>ma</sup> nominare etc. Posuimus illos ad verbum, quos in suis scriptis nominat. Et diffitentur omnia et dicunt sese nichil scire nec de hoc dixisse. Propter capituli honestatem et ad sciendum, si aliqui essent de capitulo talia facientes, vocavimus Bossinger, et ad verbum posuimus, sed ipse nullum culpavit coram nobis. D. Georius Golser et ceteri alii instant, ut a bonorum 10 consorio et a divinis segregetur, nisi doceat ea, que scribit. Nos capitulariter huiusmodi iniurias nobis illatas valde male recipimus, et cogimur taliter in ea re facere, ut aliis sit in exemplum. Verum, ex quo est commissarius vestre paternitatis, usque in presens pacienciam habuimus, donec ista ad v. r. p. deferemus. Et non videtur nobis honestum, quod vices vestras in tam solemptni ecclesia exerceat, ymo multas oblaciones inde audivimus et timemus in dies istos clamores magis augmentari. Velix itaque p. v. rev<sup>ma</sup> 15 aliter huic officio providere. Confrater noster magister Symon<sup>3)</sup> legit nobis quasdam cedulas concordiarum oblatarum.<sup>4)</sup> Etiam dictus d. Stephanus Stainhoren<sup>5)</sup> nos specificavit concordiam fieri debere. Admodum inde sumus recreati optantes ex precordiis, ut cicius concordia plena conficiatur. Valeat p.v.r. feliciter et votive; per presentem nunctium nostrum iuratum nobis dare velit responsum graciosum. Ex Brixina die jovis xx decembris.

20

Humiles et devotos Jacobum prepositum, Conradum decanum<sup>6)</sup>  
totumque capitulum ecclesie vestre Brixinensis.

<sup>1)</sup> Konrad Bossinger, Kommissar des NvK in Brixen. Er hatte von NvK den Auftrag erhalten, nach Hinweisen auf das feindselige Verhalten H[er]z. Sigismunds zu forschen und war dadurch seit langer Zeit auf Widerstände gestoßen; s.o. Nr. 5836, 5890, 5906.

<sup>2)</sup> Wolfgang Neundlinger (Neidlinger), Brixner Dombherr. Er gehörte ebenso wie Stefan Stainhorn, Christian von Freiberg und der inzwischen verstorbene Michael von Wolkenstein zum Kreis der Domherren, die sich 1456 offen gegen NvK aufgelehnt hatten; s.o. Nr. 4787, 4975.

<sup>3)</sup> Simon von Wehlen, Brixner Dombherr und Neffe des NvK.

<sup>4)</sup> Das von Pius II. eingeleitete Schlichtungsverfahren, das Anfang Januar 1460 in Trient stattfinden sollte; s.o. Nr. 6069 (1459 Dezember 17).

<sup>5)</sup> Stefan Stainhorn, Brixner Dombherr. Er war am 17. Dezember 1459 aus Mantua zurückgekehrt; s.o. Nr. 6071.

<sup>6)</sup> Jakob Lotter, Dompropst, und Konrad Judenfraß von Matrei, Domdekan.